

1779

1. Bochumer, Phil. Sol.: De nonnullis ad suffusionem in-
- 1^a. Heister, Nicopius Jacobus: An et quaecumque testamentorum

parentum inter liberorum alios testamentum anteriorum impedit
et posterioris usurpatum?

2. König, Heinr. Fab. Otto: Vorbereitung zu der heutigen
in Teutschland & Westen gemeinsam Rechtsprechungstheit.

3. Nittelblatt, Daniel: De nullificatione in primis in specie
sic dicta

4. Nittelblatt, Daniel: De jure in re qua est res nullius.

5. Sprangel, Matthias Christian: Vom Ursprung des Niger-
handels.

1780.

1. Fritsch, Friedrich Christoph Tonath: Über die Schwerz-
keiten bei der Aufklärung des Deutschen Rechtes.

2. Fritsch, Friedrich Christoph Tonath: Gedanken von dem
westlichen Erfolgsschlag in marktbaren Lehren.

3. Gabcke, Ludwig Friederich: Von Nutzen des Dorf- und
Bauernrechts & der Art es einzubringen.
4. Kiesler, Philipp Fabius: De incestu.
5. König, Henr. Joh. Otto: Vorbereitung zu den hohen in
Teutschland u. d. d. gemeinen Criminal- & Strafzuliebstheit.
6. König, Henr. Joachim Otto: Graudia velat testamenterum
mit Nam.
7. Markensis, Joannes Capponius Ludovicus: De relictis culpa
merita committit.
8. Wurffel, Ernestus Christianus: In legatum, cui natus
suis constitutis affectus, modo non impleto, corruat? 1781.
1. Eickmann, Otto Ludovicus: De voluntate testis.
- 2^o Krause, Johann Christoph: De beneficis mediis aevi.
- 2^o Krause, Johann Christoph: Observationum historico-practi-
cium. Specimen I.

1782.

1. Bachmerus, Philippus Adolphus: *Divinito syntesis.*
2. Daniel, Christianus Ristorius: *Radimenta dialecticae Latini.*
3. Nenell, Ioann August: *Super luce Pauli Ann. 8. 26. 27*

1783.

1. Fischer, Friedrich Christian Tonellen: *Lehrbuch und Handbuch der Leibl. Staatswissenschaft.*
2. Langprecht, Georg Friedrich: *Über das Studium des Konsular -
Wissenschaften seines Zeitalters geschrieben.*
3. Schulze, Ioannes Christianus: *De Ruperto comite Palatinus
Romaeorum rege.*
4. Waller, Ioannes Christianus: *Dissertationes, quae analiecta
de fortiori erudit . . . defendunt.*

1780
DISSERTATIO IVRIDICA IN AVGVRALIS
QVAESTIONEM IVRIS PRIVATI,
A N L E G A T V M, 8
CVI MODVS
DOTIS CONSTITVENDAE ADIECTVS,
MODO NON IMPLETO, CORRVAT?
SISTENS

1780
Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV,
P R A E S I D E K

VIRO ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
ERNESTO CHRISTIANO WESTPHAL,

I. V. D. ET PROFESSORE IVRIS PVBLICI, ORDINARIO,
FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORE,

P R O S V M M I S I N I V R E H O N O R I B V S
O B T I N E N D I S

D I E I V . O C T . M D C C L X X X X .

P V B L I C E D E F E N D E T

A V C T O R

ANTON CONRAD GVSTAV CONRADI,

H A N N O V E R A N V S .

HALAE MAGDEBURGICAE,
FORMIS IO. CHRISTIANI HENDELII.



DIESSE TATIO IARIDIGY INAGARAFIS
GASTIONEM IANIS PRIATI
AN L E G A T U M
DITS CONSTITUENDAE ADIECTA
MODO NON IMPETO CORRADA
SISTENS
ILLUSTRIIS IOTORUM ORDINIS CONSILII
PRÆSIDIE
ALIO ILLUSTRI ATQUE EXCOLLENTISSIMO
ERNESTO CHRISTIANO WESTPHALE
DE OLET MEDICINIS
OTTONISPIA
DIE IUL OET MEDICINIS
PAELIER DILEMPT
ACTOR
ANTON CONRAD GASTA CONRADI
HANNOVERIANA
TERRIS DE CURIOSITATI INDIVIS

V I R O
REVERENDISSIMO ILLVSTRISSIMO
A T Q V E
EXCELLENTISSIMO
D O M I N O
LVDOVICO FRIEDERICO
LIBERO BARONI DE BEVLWITZ,

MAGNAE BRITTANNIAE REGIS ET DVCIS ELECTORIS
BRVNSWICO - LVNEBVRGICI ADMINISTRO
STATVS INTIMO
ETC. ETC.

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO
ATQVE INDVLGENTISSIMO

S.



V A I R O
H E A V E R F R E N D I S S I M O I T T A S T R I S S I M O
E X C E P T I O N I S S I M O
D O M I N O
L A D O A I G O , F R I E D E R I C O
P I M B R O P A R O N I D E B E A V A L I S
R H A Y M W I C D - T H A N S / A G O L I S A M U S I C A
S T A T U S I T T A M O
M I C H A E L I C H I C K
D O M I N O E S O G R A V I O S I S S I M O

VIR EXCELLENTISSIME
ATQVE
ILLVSTRISSIME,
DOMINE GRATIOSISSIME!

Noli irasci inueni, qui TIBI praeципue has,
qualescunque sint, pagellas --- studiorum suorum
primitias --- sacras esse voluit. Tantus enim es
in his, quibus hactenus operam dedi, litteris, vt
non solum recte scientiae nostrae decus dicaris,
sed etiam maius nomen, cui hoc specimen inau-
gurale consecrarem, plane nesciam. Sed cum ea-
dem sis humitate, quo ingenii acumine, spero
fore, vt quaecunque in his pagelis, tanto no-
mine, tantaque doctrina minus digna videantur,
ignoscas

ignoscas inueni tui studiosissimo, cuiusque unicum hoc est, tibi, Vir excellentissime, pro tantis in se suosque collatis beneficiis, gratissimum animum ostendere. Iam e patria secunda, Friedericiana delectissima, abitum parans, ad solum genitale reuertar, ut vires, si quae mihi contiguerunt, in patriae utilitatem conferam. O! me ter quaterue felicem, quem in fine hoc obtainendo tua, quae summa est gratia atque benevolentia, adiuuet! Omnia enim illi e voto succedunt, cui

TV,



tv, Vir Excellentissime, non dees. Quod reli-
quum est, summa semper ope nitar, ne tva, qua
etiam in posterum me, meosque, dignari velis,
gratia vñquam indignus videar, et vt tibi osten-
dam, te tva haud in ingratum contulisse bene-
ficia. Tacito caeterum pede tibi labantur anni,
quos multos tibi adhuc superesse velim, viuas
in patriae optatissimae, familiaeque illustrissimae
salutem, vt iam fructus studii pro vtraque inde-
fessi percipias, tantaque felicitate fruaris, cui nihil

plane

plane addi posit praeter perpetuitem. Omnis
praeterea in hoc ero, vt dignus efficiar, qui omni
iure censeri possim,

EXCELLENTISSIMI NOMINIS TVI

cultor deuotissimus atque obsequentissimus
ANTON CONRAD GUSTAV CONRADI.

I. P R A E M I T T E N D A.

§. I. Instituti ratio. §. II. De Fontibus thematis propositi. §. III.
De scriptoribus huius materiae praecipuis. §. IV. Ordo dicendorum.

II. T R A C T A T I O I P S A.

A. P A R S G E N E R A L I S.

§. V. Generalia de Legatis. §. VI. Generalia de Dote. §. VII.
Generalia de Modo et Conditione. §. VIII. De legato dotis in genere eius-
que speciebus. §. IX. In specie de Legato dotis constituantae eiusque di-
visionibus in conditionatum et modale. §. X. Quando legatum dotis consti-
uendae sit modale, quando conditionatum?

B. P A R S S P E C I A L I S.

§. XI. Transitus ad partem specialem. Sermo est tantum de leg. dot.
const. modal. §. XII. Vulgaris theoria de implemento legati dotis consti-
tuendae. §. XIII. De implemento modi legatis adscripti in genere. §. XIV.
De cautione praestanda. §. XV. De implemento modi legato dotis consti-
tuendae additi. §. XVI. Modus legato dot. const. additus non semper est
qualificatus. §. XVII. Interpretatio legis 71. §. 3 ff. de Cond. et Demonstr.
§. XVIII. De differentia inter modum conventionibus, et ultimis voluntati-
bus adiectum. §. XIX. Quaestionis propositae decisio. §. XX. An pro
modi implemento sit habendum, quum legatarius vitana regularem eligit?
§. XXI. Finale.

A

AN



AN LEGATVM,

CVI MODVS

DOTIS CONSTITVENDAE ADIECTVS,

MODO NON IMPLETO, CORRVAT?

§. I.

Et studium maximis atque splendidissimis cuiuscunque aetatis ingenii dignum, veritates iuridicas, quae ad generales referri possunt, investigare, indeque principia formare, quae in veritatis, specialioribus accuratius determinandis, decidendisque casibus etiam in foro obuenientibus, haud exiguum praestant utilitatem. Quis enim tam amplam docere posset jurisprudentiam, ut ad specialissima semper descendens, omnium casuum, modo sint possibles, decisionem speciatim daret? Sufficit sane principia tradere, quibus instrutus, quilibet iurium cultor, ne difficultarum quidem quaestionum iuridicarum decisionem, perhorrescere debeat. Quid mirum, si nostri aei, viri celeberrimi, omnem sere vitam, in excolendis theoriis generalioribus consumserunt? - Sed quisquis sit, hoc mihi etiam lubenter concedet, principia haec generalia, nulli plane fore vni, nisi sem-

semper eorum ad specialiora fiat applicatio, et imprimis cupida legum iauentus doceatur, qualem haec praebant fontem, ex quo haurire possit. Variis moti rationibus, et quae ex modo dictis deduci poterunt et aliis, cum nostrum esset, hoc specimen inaugura'e edere, nobis haud theoriam quandam generalem tractare proposuimus, sed unicae huius quaestioni decisioni operam dabimus: *an legatum, cui modus dotis constituendae adiectus, modo non impleto, corrut?* ea tantum generalia praemittentes, quae in huius propositae quaestiones decisionem quodammodo influunt. Iamque, Lector Benevolle, si quae minus accurate dicta Tibi occurrant, speramus fore, ut Tyroni adhuc in iurisprudentia, veniam haud deneges.

§. II.

Cum sit omnino scriptoris, qui in veritatibus iuridicis positius versatur, semper cum legibus loqui, earumque, tamquam fontium, mentionem facere, ex quibus hauserit; et nostrum esset, antequam ad ulteriore huius thematis tractationem descendimus, leges praecipuas allegare, quibus sententia, quam infra defensuri sumus, nititur. Sed cum corporis juris textum, specialem a nobis propositam quaestionem unice concernentem, non inuenturus sis, sufficiat praemonere, nos infra leges ad nostrum thema quodammodo spectantes, esse allegaturos.

§. III.

Sed ne plane noua protulisse videamur, lieeat scriptores quosdam citare, a quibus, quamvis nostrum thema non in specie tracta-

A 2

tum



tum sit, multa tamen allata sunt, quae in praesenti tractatione haud exigui sunt momenti. Quorum hi sunt notatu dignissimi:

GISB. FREYTAG Consil. Vtrum legatum dotis filiae factum, purum an conditionatum habeatur. Colon. 1615.

Perill. DAN. NETTEBLADT Dissert. de legato dotis constituendae. Halaes 1750. habita. recus. 1769.

BREVNING de vtili dot. legat. non contract. matrim.

Struben Rechtl. Bedenk. P. 5. n. 103.

§. IV.

Cum omnis, vt iam supra diximus, quaestioneis cuiusdam specialis decisio, a principiis atque veritatibus generalibus pendeat, etiam nobis partem generalem parti speciali huius dissertationis praemittere, propositum est. Iamque de ordine dicendorum L. B. tu notes sequentia. In parte generali, de Legatis, Dote, Modo et Conditione ea affiramus, quae requiruntur, quosacilius quaestio nostra intelligi queat, nec non de legato, cuius obiectum est dos, eiusque variis speciebus generatim dicemus. Ad partem specialem deinde progredientes, de legato dotis constituendae modali, variis de eo doctrinis et controversiis, et praemissa de modi implemento theoria, de modi implemento in legato dotis constituendae, indeque fluente quaestioneis nostrae decisione agemus, quae in contrarium allegari possent refutantes. Qui, vt Tibi L. B. probatus sit ordo, optamus.

TRACTA-

— — — — —

T R A C T A T I O I P S A.
P A R S G E N E R A L I S.

— — — — —

§. V.

Ad onera, quae a conditore ultimae voluntatis heredi ipsius, siue ab intestato, siue alio modo talis sit, imponi possunt, omnino etiam referuntur legata, de his, quamvis, ut hereditas, vel obiectus vel subiectus sumantur, et in sensu stricto fideicomissa particularia excludant, nobis hic tantum sermo est in sensu latiori, siveque de iis, tamquam de rebus s. emolumentis singularibus, alicui in ultima voluntate relictis, siue hoc caeterum mediate siue immediate factum sit. Res ita relictae autem singulares dicuntur, cum semper in parte quanta hereditatis consistant, earumque acquisitio, licet forsitan partis quotae commodum, et partitionis legatum sit, titulo tamen singulari, non vniuersali fiat, ita ut earum intuitu haud in omnia iura et obligationes defuncti succedatur, sed in ea tantum iura et obligationes, quae rei sic aquitiae necessario inhaerent. Praesentem nostram tractationem hac ratione ducti, etiam ad fideicomissa particularia extendendam putamus, cum etiam concipi possit fideicommissum dotis constituendae, omnisque, quae alias inter legata in sensu stricto et fideicomissa particularia intercedebat differentia, recentioribus legibus romanis ita subblata ^{a)}, ut exiguae tantum discriminis obsoleti reliquiae in corpore iuris adhuc superfint ^{b)}. Hae res singulares autem, quomodo alicui in ultima voluntate relinquendi debeant, an pure aut adiectis quibusdam voluntatis disponentis vterioribus determinationibus atque limitationibus, a solo disponentis arbitrio pendet. Inde legatorum no-

A 3

tissima



tissima diuisio profecta est, quod sint vel pura vel non pura ^{c)}. Sane diuisio haud contemnenda! Maximae exinde enim legatorum oriuntur differentiae, quarum, vt vulcam tantum proferam, haec est praecipua, vt dies legatorum ^{purorum} ~~allo~~ plane modo cedat et veniat, quam eorum, quae talia non sunt. Cum praeterea neminem fugiat, mentis declarationes, per quas legata ulterius determinantur, Conditionem, Demonstrationem, Diem et Causam esse, quae, prout vel impulsiua, vel finalis est, aut causa in specie, aut modus dicitur: materiae huic diutius non inhaereo. Quamvis tot oriuntur legatorum non purorum species, quot sunt huiusmodi mentis declarationes adiectae, pro praesenti meae dissertationis fine, eorum tantum mentionem facio legatorum, quae sunt modalia et conditionata.

a) L. 2. Cod. commun. de legat. et fideicom.

b) PVFFENDORF Obseruat. Tom. 4. Obs. 9.

c) Purum interdum conditionato tantum opponitur, tumquæ sumitur in sensu stricto. Nos autem omnem dispositionem puram dicimus, quae nullam harum satis superque notarum voluntatis adiectionum fil. Condit. Diem etc. appositam habet.

§. VI.

Praemissis quibusdam de Legatis generalibus, quatenus hoc spectare videbantur, iam ad generalia de Dote, hie scitu necessaria, me coruerto. — Dos, quae ad sustinenda matrimonii marito onera constituitur, semper relationem quandam ad matrimonium habet, immo sine eo concipi nequit. Ut omittam doti, secundum Ius Romanum, bona paraphernalia opponi, quae nostra quidem sententia, ex iure


Iure Romano omnia sunt receptitia, sicut soli vxoris dispositioni subiecta, nisi maiora circa ea marito concederit iura ^{a)}; ut porro omittam, dotem variis modis diuidi, eamque tam a patre quam ab extra-neo, immo ex propriis foeminae bonis, constitui posse, indeque diuisiōnem dotis, in profectiā et aduentiā esse ortam ^{b)}: hic tan-tum obseruare liceat, a quoquācē demum dotis constitutio fiat, eam tamen semper aut actu inter viuos aut mortis causa esse consti-tuendā. Inde apparet, dotem omnino etiam obiectum legati esse posse, qua de re infra vberius acturi sumus.

^{a)} Secundum praxin, bona praeter dotem, quae paraphernalia dicun-tur, in bona paraphernalia in specie et receptitia diuiduntur. Inter bona receptitia tunc intelligi volunt ea, quarum sibi liberam disposi-tionem vxor referuauerit, cum bona paraphernalia ea dicant, qua-rum administratio et vsusfructus, licet ad dotem constitutam non perte-nant, marito competit. Sed secundum I. commune, nostra, quae in §. ipsa proposita est, theoria magis defendenda videtur. Cfr. RÜTER Ius mariti circa bona paraphernal. GAERTNER de dist. iur. Rom. inter dot. et paraphernal. for. Germ. non accommod.

^{b)} cf. HAHN de dot. profectit. ad patr. non reuert. v. d. BUSCH Ex-erc. qua dos profectit. liber. vindicat. Perill. Praef. Abhandl. vom Unfall des Heyrathsguts bei Trennung der Ehe.


§. VII.

Hominum legitimas dispositiones variis modis restringi posse, iam supra §. 5, sed incidenter tantum notauiimus. Iam de conditione et modo paullo accuratius agendum esse putamus, quo arctiori cum nostro themate cohicerant nexu. Quodsi sub conditione tantum cir-cum-



cunstantiam aut determinationem quandam intelligis, sub qua aliquid eligitur, omnibus statim patebit, conditionem tunc in sensu latiori sumi, quo simul modum sub se comprehendit ^{a)}. Longe tamen conditio in sensu stricto sumta, a modo differt; in qua differentia determinanda, non semper verborum, quibus disponens usus est, quam interdum potius rei ipsius ratio est habenda. Conditio in sensu stricto, nostro quidem iudicio, non ita definienda est, vt a quibusdam DD. fit ^{b)} quod sit casus adiectus, qui actum suspendat propter euentum futurum incertum. Non omnis enim conditio saltim ita est comparata, vt initium suspendat, quod ex ipsius in suspensiā et resolutiā diuīsione apparet. Haec itaque definitio nobis nimis angusta videtur. ^{c)} Omnes tamen conditiones incertitudinem quandam, quum alias voluntatis declaratio illimitata et certa ratione pura esset, secum ducere, sicutque per eas semper rationem ad euentum quendam incertum fieri, quilibet naturae ipsarum haud ignarus, facile concedet. Merito igitur Illustrissimi NETTELBLADTII optimam adoptamur definitionem, cui conditio est adiectio mentis declarationi facta, per quam ea expresse ad euentum quendam futurum incertum restringitur ^{d)}. Quae modo laudata definitio, nobis eo accurasier videtur, cum simul diuīsionem conditionum in eas, quae in praeteritum, et eas quae in praesens conferuntur, quae non nisi improprie conditiones dicuntur, excludat, atque conditionem in sensu stricto expressam esse debere, indicet. Conditio dicto significatu sumta, toto oculo, vt ita dicam, a modo differt. Est enim ille ratio finalis, quam disponens per negotium quoddam intendit. Tale negotium sub modo peractum, non est quidem negotium purum, (§. 5.) ast tamen modus non impedit, quo minus dies statim cedat et veniat. Antequam ad ulteriorem modi, et conditionis tractationem descendam, liceat diuīsionis eiusdem

dam modi, a quibusdam DD. receptae, mentionem facere, qui eum
 in simplicem et qualificatum diuidunt, prout vel tertii interest eum
 impleri, vel non e). De priori eius specie, scil. de simplici modo
 dicunt, eum instar consilii esse, eoque adiecto, iudicio alterius ali-
 quid relinqu^f, de posteriori autem, eum necessitatem quandum se-
 cum ducere. Quam diuisionem ea ratione praemittendam putauⁱ,
 cum in decidenda nostra quaestione insignem nobis praestatura sit
 vtilitatem. Quod ad conditionis et modi differentias attinet, nullus
 facile conditionem suspensiua et modum confundet. Per conditio-
 nem suspensiua enim, negotium iuridicum restringitur quoad initium,
 ita vt, licet iam dentur iura eius, cui sub hac conditione aliquid
 concessum, ante eius existentiam tamen nec dies cedat nec veniat.
 Modum contra sequi sufficit, quamuis negotium iam sit absolutum.
 Est enim, vt dicunt, in obligatione positus. Tanta tamen inter con-
 ditionem resolutiuam et modum non intercedit differentia, adeo vt
 quidam putarint, has mentis declarationum adiectiones verbis non re-
 esse diuersas. Sed quam iniuste hoc ab iis putatum sit, plures iam
 Celeberrimi Viri, e quibus Meisterum in Dissert. de eo quod inter mo-
 dum et conditionem resolutiuam interest. Goett. 1768. et HOEPE-
 NERVUM in seinem theoretisch : praktischen Commentar über die
 Heinnecciuschen Institutionen. Frankfurth am Main 1790. tantum
 allego, solidis iam argumentis demonstrarunt, nobisque in hac mate-
 ria otia fecerunt. Sunt enim modus et conditio resolutua, natura,
 effectu et actionibus diuersae. Non diutius igitur materiae huic im-
 moror, hanc unicam tantum inter modum et conditionem resolutiuam,
 differentiam obseruo, quod, si legatum sit sub modo relicturn, et le-
 gans modum demat, legatum corrut, non ita tamen, si conditio re-
 olutua adscripta admittit g). Huic differentiae non obstat brocardi-




cum, quo interdum Icti vtuntur, modum pro conditione obseruari, quod implementum modi (de quo infra §. 13.) concernit, eoque significant, modum aequa ac conditionem esse implendum. Alia plane est quaestio, an in quolibet modo tacita lateat conditio? cuius tamen cum non sit huius loci inuestigatio, Lectores ad Dissert. III. NETTELBLADTII de legato dotis constituendae supra §. 3. citatam eiusque §. 11. et 12. ablegamus, in qua hoc thema vberius tractatum est. Conditio et modus autem in regula omnibus adiici potest negotiis iuridicis, siveque etiam ultimis hominum dispositionibus, licet etiam negotia inueniantur, quae has adiectiones respuant b). Quodsi tamen dubium est, num aliquid sub modo aut sub conditione actum sit, pro modo praesumendum esse videtur, quum magis perfecta semper praesumantur. Modus autem minus limitat quam conditio.

- a) L. 71. §. 1. L. 108. de condit. et demonstrat.
- b) MEISTERI Diff. de eo quod inter modum et conditionem resolutum interest. Goett. 1768.
- c) CORDES Diff. de modo conuentionibus adiecto, eiusque effectu iuridico. Goett. 1782.
- d) Perill. NETTELBLADTII Iur. pos. gen. germ. communis, §. 201.
- e) Supra citata Diff. Cordeffii.
- f) L. 71. pr. D. de condit. et demonstr.
- g) L. 30. §. 2. L. 31. §. 1. de adim. vel transfer. leg. L. 53. de Condit. et Demonstr. — MEISTER in Dissert. supra allegata §. 19.
- h) Iurpr. pos. general. §. 203.

§. VIII.

§. VIII.

Iam supra (§. 6.), dotem dupli ratione constitui posse, docuimus. Modum autem, dotem inter viuos constituendi, pro praesenti dissertationis nostrae scopo et fine mittimus, eumque tantum tractatione nostra amplectimur, quo interueniente dos mortis causa et quidem per legatum constituitur. Legati enim obiectum, cum tam res quam factum esse possit, etiam dos tamquam res esse poterit. Inde orta est legatorum notissima species, nempe legatum dotis, quod ab aliis legatorum speciebus affinis e. gr. apparatus muliebris, quae, licet concipi possint et similitudinem quandam cum legato dotis habent, hic tamen plane in censum non veniunt, curiosius est separandum. Sed huius legati plures dantur subspecies, et quamvis plerunque duae tantum a DD. statuantur, plures tamen omnino concipi et a se distingui posse, extra omne dubium est positum. Prima legati dotis species est legatum dotis restituendae, quod etiam praelegatum dotis dicitur, et *species legati debiti est, cuius obiectum est dos restituenda.* Quamvis non sit huius loci, omnibus numeris absolutam huius legati theoriam elaborare, non possum tamen non, sequentia monere. In recte formanda theoria legati dotis restituendae, quo facilius utilitas ex tali legato proficisciens perspiciat, distinguendum est: an dos, quae foeminæ relegata est, ab illa vere illata sit, nec ne. Priori casu, dos, etiam si in re mobili consistit, statim post mortem testatoris erit restituenda, et foemina sic honorata impensas voluptuarias et utiles forte in dotem factas lucrabitur ^{a)}. Posteriori autem casu iterum distinguendum est, an vxor dotem quidem non intulerit, ast tamen promissa erat, quo casu heredes mariti, iure, usuras et fructus dotis, a marito stante matrimonio percipiendas exigiendi, priuantur; an dos nec illata nec promissa sit, quo casu omnia



inde pendent, an a testatore certa dotis quantitas sit expressa vel non. Si posterius, legatum inutile est relictum; si prius, ob regulam, per falsam demonstrationem non vitiare legatum b), dos secundum expressam quantitatem erit praestanda c). Sic distinguendo, huic legati dotis speciei, per quam non tam nascitur, quam potius definit esse dos, nostra quidem sententia, maxima lux affunditur. Deinde recte quidem dicitur, legatum dotis restituendae, fideicomisso particulari posse grauari, sed hoc cum ea limitatione admittendum erit, quatenus plus est in praelegato dotis, quam in dote constituta. Caeterum ad hoc legatum etiam reliqua, quae de legato debiti in genere doceri solent, cum grano salis applicari poterunt. — Secunda legati dotis species est legatum dotis constituendae, cuius vberiorem tractationem ad §. seq. remittimus. Sed ut nobis quidem, videtur, et tertia et quarta huius legati species, concipi potest, scilicet legatum dotis retinendae atque exigendae. Legatum dotis retinendae autem, cuius exemplum prostat L. II. de dot. praeleg. est *ea species legati liberationis, qua a tali persona, quae dotis restitucionem exigere potest, dos sic restituenda ei, a quo restituenda (sic que vel marito vel eius heredibus), legatur.* Omne legatum liberationis autem, cum sit vel generale vel speciale, hoc legatum ad specialia est referendum, licet caeterum vel totale vel partiale esse possit, prout marito aut eius heredibus vel dotis restitutio in totum, vel in tantum, remittitur d). Quod reliquum est, etiam huic legato, quae de legato liberationis in genere valent, accommodari poterunt. Sic e. gr. tam expresse, quam tacite, per chirographum debitori dotis legatum, relinquitur. Ultima legati dotis species est legatum dotis exigendae, sub quo nomine *eam legati nominis speciem comprehendo, qua dos penes tertium exigenda, alteri legatur.* Finge casum, foeminam

minam viduam dotem a mariti heredibus adhuc exigere posse, hocque suum nomen tertio v. gr. foeminae egenae legare, atque veram et legati nominis, et legati dotis speciem habebis. Quodsi nobis esset propositum, in formanda huius legati dotis speciei theoria, ad specialiora progredi, cum applicatione eorum, quae de legato nominis in genere valent, parui negotii opus esset, multa adhuc de hoc legato esferre. Breuitatis studio autem ducti, Lectorem Benevolum ad HOEPNERI Commentarium in HEINNECCIIS Institutiones eius §. 563. ablegamus, cuius, cum maxima cura adhibita hoc thema tractauerit, omnia nostra facimus principia, tam de legato nominis in genere, quam in respectu ad hanc eius speciem. Has modo dictas legati dotis posteriores species sane nouas dicere posses, et omnino non habemus, quam pro iis allegare possemus Doctorum auctoritatem. Sed non opus est Doctorum esfatis ea muniri, quae, per se et suam perspicuitatem, sibi ipsa sunt instar auctoritatis.

- a) L. I. §. 1. D. de dot. praeleg.
- b) L. 8. §. 15. de dot. praeleg. §. 15. I. de leg.
- c) MADHN. Principia iuris Romani Pars IV. theoriam de iure hereditatis sistens. Francof.
- d) FVNDSACK Diff. de legato liberationis ab indebito. Goett. 1753.

§. IX.

Omnes hae legati dotis species, licet ad praesentem tractationem non spectent, paucis tamen ea ratione a nobis sunt expositae, quo facilius intelligi possit ea legati dotis species, cuius ulteriore ad

B 3

hanc



hanc §. remisimus tractationem, et quae legatum dotis constituendae dicitur. Huius dissertationis autem, cum tam partem generalem quam specialem fecerimus, ea hic tantum afferenda sunt, quae rectius hoc loco, quam infra demum sunt tractanda. Ne tamen minus systematice in hac materia versati videamur, iam de hoc legato in se spectato, deinde autem de eius aquistione, amissione, conseruatione atque persequotione ita agemus, ut semper eorum tantum, quae non omnibus legatis, sed huic legato propria sunt, rationem praecipuum habeamus. Quod legatum dotis constituendae in se spectatum, eiusque definitionem concernit, illud mihi est *legatum, cuius obiectum est dos constituenda.* Evidem scio, plerosque ita definire, vt sit omne id quod eo fine legatum est, vt dos fiat ^{a)}; quae tamen definitio vulgaris, cum ita comparata sit, vi simul formulam, qua modus plerunque exprimitur, contineat, nobisque, inde deductis assertionibus maxima saltem ex parte, occasionem praebuisse videatur, a nobis haud adoptatur. Quamquam praeterea, cum alis statuimus, hoc legatum tam a patre, quam ab extraneo recte constitui, et ab hac differentia nihil plane dependere, nec non concedimus, legatarium vel tales fœminam, quae praeterea iam sit dotata, vel eam, quae indotata, item vel adhuc solutam vel iam coniugatam esse posse; minime tamen eorum sententiae, qui hoc legatum etiam marito relinqui posse defendunt ^{b)}, faveamus. Aliud enim est alicui legatum dotis constituendae relinquere, aliud in alicuius utilitatem legatum dotis constituendae relinquere. In posteriori casu enim non statim sequitur, cum in cuius utilitatem aliquid relictum, iam esse legatarium. Prouocant quidem ad legem 71 ff. de condit. et demonstr. cuius verba haec sunt: „Titio „genero meo heres meus dotis Seiae filiae meae nomine centum da „to, legati quidem emolummentum ad Seiam, quae dotem habere inc „pit,

„pit, pertinebit, sed quia non tantum mulieri, sed Titio quoque, cui „pecuniam legavit, consultum videtur, prope est ut ipse legatarius intelligatur, et legatum petere debeat.“ Sed quum tamquam sedem opinionis suae hunc allegant textum: ille non id quod contendant, sed contrarium, mihi probare videtur. Ex hac enim lege deduci quidem poterit, dotem in utilitatem mariti legari posse, minime autem marito legatum dotis constituendae relinqui, id quod ne exinde quidem apparet, quoniam marito ius exigendi dotem conceditur. Hoc enim ipso competit ius, quoniam eius interest, vxorem suam non esse indotatam; et quis praeterea ignorat, maritum iurium vxoris esse legitimum defensorem? Si, ut post mortem vxoris quandam praedictae maritus dotem retineat, speciatim a testatore esset adiectum; alia tum res esset, de qua tamen in hac lege non est sermo. — Omnis praeterea res ad subleuanda matrimonii onera in genere habilis atque idonea, recte in dotem legari poterit. Maxima, quae circa hanc materiam saepius iam agitata est, controuersia, species huius legati concernit, cuius historiam in Dissert. Perill. NETTELBL. de legat. dot. const. eiusque §. 15 eleganter commemorata inuenies. Sunt enim alii, qui hoc legatum conditionatum tantum esse contendant, alii, qui id per se et sua natura modale esse dicant, licet etiam legata sub conditione: si nupserit, relinqui posse, haud negent, quae tamen non ad legatum dotis constituendae referre malint. Nos tamen neutrius partis castra sequentes, eam defendimus sententiam, quod legatum dotis constituendae et modale et conditionatum esse possit Quodsi enim contraria vera esset sententia, id, quod affirmant, aut ex ipsius rei natura, aut ex claris atque expressis legibus sequi deberet. Cum tamen legatum de quo loquimur, per definitionem, circa dotem constituendam versetur, et prout quilibet facile cognoscet,





cet, circa dotem constituendam aequa versetur, si testator Seiae mille reliquerit, vt dos fiant, quam si ille mille dotis nomine legauerit, si nupserit, eaque marito in dotem adferantur, facillimum erit intellectu, hoc legatum dot. const. per se et sua natura nec conditionatum tantum nec modale tantum, sed tam conditionatum quam modale esse posse. Si conditionatum est, non nisi initis iustis nuptiis conditio in pleri potest, iniustae non satisfaciunt ⁹. An tamen conditionotum, an modale sit legatum, ex verbis aestimandum est ¹⁰. Eius autem quod iam ex natura rei deducitur, ne quidem contrarium ex legibus expressis demonstrabitur. Ut reliquas, quibus aduersarii sententiam suam ornant, leges omittam, legis 71. §. 3. ff. de condit. et demonstrat. mentionem tantum facere liceat, in qua verba extant „quia purum est legatum.“ Sed quid inde colligant! An legatum dot. const. modale esse posse, et in hac lege non esse conditionatum? Concedo. Sed exinde, quod ex hac lege deduci possit, naturae legati dot. const. haud repugnare, quod sit modale, quippe quod solum exinde deduci poterit, nulla ratione sequitur, hoc legatum per se et sua natura esse modale, vt plane conditionatum esse nequeat: cum praeterea in Nov. 123. cap. 37. verba „aut sub vna praedictarum conditionum“, postquam ante de legato dotis constituendae dictum erat, extent. In tractatione huius legati in se spectati, etiam de iuribus et obligationibus ex tali legato oriundis, agendum esset, sed ne a fine proposito nimis procul remoueamur, cum multa quae hic spectant, iam in saepius citata Diff. NETTELBL. de legat. dot. const. inueniantur: de methodo tantum, qua in hac materia versandum, monemus, iura et obligations hic obuenientes semper cum distinctione, an de legato dot const. modali, an conditionato agatur, et quidem tam respectu heredis, quam legatarii, nec non interdum etiam tertii, esse tractandus. Ingens denique est

est fauor, quem in iure Romano experta est dos. Licet enim quantitas dotis non sit expressa, ea tamen, a iudice secundum dignitatem atque facultates personae, quae dotem legauerit, et onera matrimoni, ad quae ferenda constituitur, erit determinanda ^{e)}. Reliquum esset, vt etiam de aquistione, amissione, conseruatione et persequitione huius legati, scitu necessaria afferremus, quatenus singularia hie obueniunt, et modi generales aquirendi etc. legatum, applicationem non inueniunt. Sed cum modi aquirendi hoc legatum sint generales, modi amittendi, qui ad generales referri nequeant, ex theoria de implemento modi infra formanda, perspicuitatem adhuc expectent, nec non circa conseruationem atque persequitionem huius legati, noua proferre nesciam: iam in explicanda hac legati dotis specie subsisto.

- a) Diff. Perill. NETTELBL. de legat. dot. const. Halae 1750.
- b) Eiusd. diff. §. 6.
- c) L. 10. pr. de Condit. et Demonstr. L. 30. quando dies legator.
- d) L. 80. de Condit. et Demonstrat.
- e) LEYSER. spec. 386.

§. X.

Cum iam §. antecedente satis, vt existimamus, demonstratum sit, legatum dotis constituendae et modale et conditionatum esse posse, tam sua natura, quam secundum LL. positivas; supereft, vt, quando sit conditionatum, quando modale, determinetur. Hoc nostra quidem sententia a sola testatoris dispositione pendebit. Hic itaque prout dotem vel addita conditione: si nupserit, vel ea non ad-

C

iecta



iecta constituerit, legatum dotis constituendae erit vel modale vel conditionatum. Ne autem ridiculum videatur, nos, rei^m adeo perspicuam, hic tam accurate determinasse: notetur, hoc ea ratione a nobis factum esse, ne cum iis facere putaremur, qui diuisionem legati dotis constituendae in modale et conditionatum quidem admittunt, sed legatum dotis constituendae filiae relictum pro modali, extraneae relictum autem, pro conditionato ^{a)} habeant. Semper itaque, vt nobis videtur verborum, quae sunt cogitationum ministri, aliquando ratio erit habenda, quae, an modum aut conditionem demonstrent, in hac legatorum specie raro in dubio relinquunt. Sed fingamus: Testatorem ita disposuisse, vt, an conditione aut modo dispositionem suam restringere voluerit, non satis appareat: cum applicatione eius, quod supra (§. 7.) contendimus, pro modo in genere esse praesumendum, etiam in hoc casu statuimus, eandem pro modo praesumtionem in legato dot. const. esse admittendam.

^{a)} MADHN princ. I. Rom. part. IV.

P A R S S P E C I A L I S.

§. XI.

Absoluta iam parte generali huius dissertationis, cum, quae nostrae fortasse theoriae obstatre possent, impedimenta remota videantur, progredimur secundum ordinem supra (§. 4.) dictum, ad partem eius specialem atque decisionem quaestio[n]is a nobis propositae. De-

mon-

monstrauimus quidem, legatum dot. const. et modale et conditionatum esse posse. Sed cum pro praesenti nostro scopo, illa eius species, quam legatum dot. const. conditionatum diximus, plane in censem venire nequeat, neque illa ratione in quaestione nostrae decisionem influat, sequenti tractatione, de solo legato dot. const. quod est modale, agendum erit, et quidem ita, ut ea tantum proferamus, quae nostrum thema immediate et proxime concernunt. Cum autem quaestio nostra ea sit, *an legatum, cui modus dotis constituenda adiectus, modo non impleto, corrutus?* omnisque eam decidendi ratio ex theoria de implemento modi petenda sit: quod reliquum est, ita tractabimus, ut theoriam vulgarem de implemento modi in legato dot. const. praemittentes, nostram deinde iudicio Eruditorum subiiciamus.

§. XII.

Si quaeritur, num modus legato dot. const. adiectus, sit implendus, vel non, quidam DD. per modum regulae et exceptionis a regula, ad hanc quaestionem respondent. Ponunt enim pro regula, nuptiis non sequutis, sicut modo non impleto, hoc legatum dot. const. expirare; a qua regula sic excipiunt: α) nisi pater filiae, vt cum filialibus iam elocatis exaequeretur, dotem legauerit β) vel legato pure relicto, conuersio in dotem instar modi sit adiecta. Sic ILL. H E L L F E L D in Iurisprudentia forensi secundum ordinem pandectarum sub titulo de dote praelegata. Alii autem DD. distinguunt, num hoc legatum filiae sit relictum vel extraneae. Priori casu id purum esse dicunt, quoniam eo animo factum sit, vt aut filia praecipuum habeat, aut filiabus iam elocatis exaequeretur, quo casu itaque modus

C 2

prae-



praecl^e non esset impletus; posteriori casu autem, si nempe hoc legatum extraneae sit relictum, illud numquam modale, sed semper conditionatum esse, et ne quidem ante contractas nuptias peti posse, contendunt. Sic Celeb. MADIHN in princip. I. Rom. Parte IV. theoriam de iure hereditario sistente. De horum theoria, quid sentiendum, ex iusfra dicendis patebit.

§. XIII.

Quod ad nos attinet, omnem decidendi rationem, vt iam supra (§. 11.) diximus, an modus legato dot. const. adscriptus, sit impletus, ex theoria generali de implemento modi sumendam putamus. Iam quidem supra (§. 7.) plura, quae modum in genere concernunt, dicta sunt; sed ibi ita tantum de modo actum est, vt, quae ad implementum modi pertinent, huic parti speciali reseruata sint. Quamvis modus in regula omnibus hominum dispositionibus, sive inter viuos sive mortis causa fiant, adiici possit, hic tamen de eo tantum casu loquimur, si modus legatis est adscriptus. In doctrina de implemento modi I^cti semper a conditione ad modum argumentari solent. Quod cum recte quodammodo ab iis fieri existinemus: si modus legatis additus est: sic distinguendum esse arbitramur. Modus tempore mortis testatoris vel iam est impletus, vel non. Si prius: sufficit modum semel esse impletum, et legatum sub eo relictum, ita praestandum est, quasi non esset adscriptus. Finis enim, quem intendebat testator, iam est obtentus. Finge casum: Titium Sempronio centum legasse, vt summos in iure honores ambiret, hunc autem tempore mortis testatoris iis iam esse ornatum, et legatum illud ab eo instar puri exigi poterit. Posteriori autem casu, nempe si modus tem-

tempore mortis disponentis nondum est impletus, vltius distinguendu[m] est, num modus adiectus impossibilitatem quandam, siue per se talis sit siue non, inuoluat, aut eius sit indolis, vt legatarium oneret, nemini autem profit, vel non. Si modus in se spectatus vel naturaliter vel moraliter est impossibilis, aut praeter necessitatem onerat: plane pro non adiecto erit habendus, et legatario, absque illa obligatione adhuc in posterum adimplenda, legatum petere licebit ^{a)}. Laudandum enim potius quam accusandus est legatarius, qui eiusmodi testatoris voluntatem negligit ^{b)}. Si modus adiectus non quidem per se et sua natura est impossibilis, ast tamen aut casu aut ex voluntate tertii, quae hic simul intercedere debet, nulla legatarii culpa concurrente, implementum eius impossibile redditum est: tum ita distingue: Si modus ob voluntatem tertii contrariam impleri nequit, aut modi implemento obstacula oriuntur, ita tamen, vt ob promptitudinem legatarii erga voluntatem testatoris iam factum esse iudicari possit fini, quem per legatum disponens adsequi voluit, legatarius modo adiecto non obstante et legatum petere, et si iam petierit, retinere poterit ^{c)}. Penes eum enim non stetit modum implere. Cuius rei exempla multa in LL. inueniuntur ^{d)}. Hinc e. gr. legatarius qui Titio centum dare iussus est, si hic oblatam sibi pecuniam accipere recusat, fecisse iam videtur, quod suarum partium est, quia ad solutionem Titio praestandam paratus fuit ^{e)}. Si tamen modus solo casu, non concurrente diffensu tertii impossibilis fit, sunt quidem, qui etiam hic a conditione ad modum argumentari posse, sicque modum simpliciter pro impleto esse habendum putent. Sed nos cum aliis ^{f)} distinguimus, an probari possit, testatorem praecise voluisse modum impleri, vel non. Si posterius, pro impleto aut non adiecto habetur, minime tamen si prius. Sed quaeritur quando adsit casus, quo dilucide apparet,



paret, testatorem modum praecise impleri voluisse? Evidem puto,
 hoc toties fieri quoties modus simul in fauorem tertii additus est.
 Hoc scilicet casu implendus est, nisi iam absque implemento tentato,
 aut ad quod non deest legatarii promptitudo animi, voluntati testatoris
 ex circumstantiis iam satisfactum appareat. Si contra modus legato
 adiectus, est possibilis atque potestatius, vel alicuius interest, mo-
 dum impleri, vel non. Priori casu modus omnino est implendus,
 nisi, ut ex antea dictis colligi potest, per ipsum eius, cuius interest,
 factum, modi implementum, sequi nequeat. Is cuius speciatim in-
 terest, potest ipse quoque esse testator ^{a)}. Si tertius, cuius in fau-
 rem modi implementum requirebatur oblationem legatarii semel re-
 iecerit, iterata oblatio, aut ad mutatam nunc voluntatem tertii noua
 descensio legatarii, non est necessaria ^{b)}. Posteriori autem casu, sci-
 licet si nullius plane interest, modum impleri, a solo legatarii arbitrio
 pendere videtur ^{c)}, an rationi finali adscriptae satisfacere velit, nec-
 ne; et modus eam tantum utilitatem habet, ut, quid testator fieri
 maluerit, demonstret ^{d)}. Quae ultima decisio semper locum inue-
 nit, quoties modus in solius legatarii utilitatem adiectus est, e. gr.
 Si testator ita disposuerit: Titio centum lego, ut fundum emat ^{m)}.
 Iamque vides, quantum intersit, an modus adiectus sit simplex, an
 qualificatus (*§. 7.*)

a) L. 114. §. 9. de Leg. 1. L. 71. §. 2. de Cond. et Demonstr.

b) God. Lud. MENCKEN Dissert. de modo legatis adscripto Wit-
tenbergae 1729.

c) L. 88. §. 3. L. 34. §. 4. de Leg. 2. L. 54. §. 1. L. 14. 31. 81.
 §. 1. L. 84. L. 78. pr. de Condit. et Dem. cf. Ill. Praef. Librum
 von Testamenten §. 342. et 343.


d) L. 92.

- d) L. 92. §. 1. ff. de leg. 1.
- e) L. 24. ff. de cond. et demonstr. L. 1. C. de his, quae ful
modo.
- f) Saepius iam citata Diss. NETTELBL. de leg. dot. const.
- g) L. 40. §. 5. de leg. 3. L. 71. pr. de Cond. et Demonstr.
- h) L. vlt. C. de Cond. insert.
- i) Höpfner theoretisch & praktischer Commentar über die Heinrich
ciuschen Institutionen §. 578.
- D L. 71. pr. de Condit. et Demonstr.
- m) L. 71. p. de Cond. et Demonstr.

§. XIV.

Quoties autem modus legato adscriptus implendus, et quando
implendus sit, iam ex §. praeced. appareat. Iam vel statim eius im-
plementum sequi potest vel non. Si prius, omnino nulla mora in-
terposita modo erit satisfaciendum, ne negligens legatarius, sicque le-
gato indignus videatur, nec faciendo occasio elabatur. Ait tunc cau-
tio a legatario exigi non potest, cum de quo ille, cuius interest, se-
curus reddatur, non adsit ^{a)}. Si posterius, implementum modi qui-
dem differri, et legatum statim peti potest, ait non nisi de modo im-
plendo praesita cautione. Quicunque enim legatarius legatum sibi
sub modo relictum petit, et in regula simul cautionem offerre debet ^{b)},
alias heredi exceptionem doli generalem suppeditaret ^{c)}. Nam, vt
MENKENII in Dissert. de modo legatis adscripto, verbis utar, „id
„quod sub modo relinquitur, hac quasi conditione datum videtur, si

„lega-



„legatarius fatis dedisset. Quae tamen conditio, quia non ex testamento, sed intrinsecus oritur, et ex aequitate introducta est, ac tacite legato inesse videtur, legati naturam non mutat, nec illud conditionatum reddit.“ Haec tamen cautio, non, ut quidam fecerunt, cum cautione Muciana, quae, si legato conditio potestatiua negatiue adscripta est, praestatur, est confundenda. Licet autem hereditis mediate non intersit, modum adiectum impleri, eius tamen omnino erit, cautionem a legatario exigere, qualis hoc loco fideiussoria et pignoratitia requiritur, in subsidium autem iuratoria admittitur ^{d)}. Sed dantur etiam legatarii, ab huiusmodi cautione immunes. Huc ante omnia ii referendi sunt, quibus cautio expressis verbis ab ipso testatore est remissa, nec minus ii, qui legis dispositione ab ea sunt exempti. In horum numero sunt fiscus et respublicae, a quibus, licet iis legatum sub modo sit relictum, cautio tamen non est praestanda, quod deinde etiam ad omnes vniuersitates extendi solet ^{e)}. Equidem puto, etiam patrem, cui aliquid sub modo vt in filii fauorem hoc vel illud ficeret, legatum est, ad cautionem praestandam iure Romano non adstringi. Suspicio enim cessat, eum obligationi suae esse defuturum. Eadem etiam a cautione immunitas obtinet, quoties nullius plane interest, modum impleri, quamuis in L. 71. pr. ff. de condit, et demonstrat, quae huc pertinet, de eo tantum casu dicatur, si modus in ipsius legatarii utilitatem adscriptus est, id demum ob partitatem rationis ad omnes casus trahi poterit, in quibus legatum sub modo simplici (§. 7.) relictum est. Reliquos, in quibus obligatio cautionem praestandi cessat, casus, praetermittendos existimo, cum nimis generales sint; vt remissio cautionis ab eo facta, in cuius fauorem modus est adiectus. Haec autem cautio cum in finem praestatur, vt legatarius modum implere, modo autem non impleto, legatum,

tum, cuius per modum traditio non suspendebatur, restituere velit. Modus praeterea in ultima voluntate praescriptus, secundum formam a testatore determinatam, ita est implendus, ut semper a legatario ipse modus obsernetur, nec per praestationem eius quod interest, ei, cuius interest factam liberetur ^d). Cum denique etiam accidere possit, legatario ratione legati plura esse iniuncta, videndum est, an hoc coniunctim an disiunctim factum sit; priori enim casu omnes modi sunt implendi, posteriori vni tantum e pluribus modis erit satisfaciendum.

- a) MENKENIT Diff. §. praeced. citata.
- b) L. 80. ff. de condit. et demonstrat. L. 19. L. 40. §. 5. de leg. 2.
- c) L. 7. L. 48. ff. de fideicom. libertat.
- d) L. 40. §. 5. ff. de condit. et demonstrat.
- e) L. 6. ff. vt legat. seruand. cauf. caut. Cautio de qua hic sermo est, non quidem ea est, de qua hic loquimur, vt titulus indicat, sub quo lex collocata est. Poteat tamen ab immunitate ab hac cautione, de qua in loco illo agitur, ad nostram cautionem argumentum duci.
- f) L. 11. §. f. ff. de legat. 3.

§. XV.

Omnia quae iam de modo generatim dicta sunt, facili negotio ad legatum; cui modus dotis constituenda adiectus est, applicari poterunt. Quidquid enim de genere, hoc etiam de specie sub eo contenta, valet, donec doceatur exceptio. Quum itaque foeminae cvidam aliquid legatum est, vt dos fiat, accidere potest, vt vel per se

D

natu-



naturaliter vel moraliter impossibile sit, hunc a testatore dictum modum impleri, vel etiam facto tertii aut casu interueniente ei satisfieri nequeat. Naturaliter vel moraliter autem huiusmodi implementum impossibile esse poterit, quando in fauorem tertii modus est adscriptus, quamuis lubenter concedam, multos alias adhuc huius rei casus concipi posse ^{a)}. Finge enim: tertium, cuius intuitu hoc legatum relatum, aut esse talem, cui natura, quae ad matrimonium contrahendum requiruntur, denegauerit, aut talem, cui legibus est interdictum, matrimonium inire, aut talem, cui legataria honeste se matrimonio innovere non possit, et habebis casum, in quo modus qualificatus ob impedimentum naturaliter aut moraliter impossibile impleri nequeat. Quotiescumque et quoquinque modo acciderit, efficit, ut modus dotis constituendae pro non adiecto habeatur, et foemina, huiusmodi legatum tamquam purum exigere possit ^{b)}. Si contra modi huius implementum ob factum impediens tertii, cui nubere iussa est foemina, sequi nequit, cum expressis legibus statuimus, modum pro impleto esse habendum ^{c)}. Quae omnia alia se habent, quoties modus dotis constituendae, in fauorem tertii adiectus, solo casu, e. gr. morte huius tertii, impleri non potest. Cum enim exinde, quod testator in certae personae fauorem disposuerit, statim appareat, testatorem praecise modum impleri voluisse, et supra (§. 13.) iam demonstratum sit, ut, quoties hoc probari possit, modo deficiente, legatum peti nequeat, hic etiam contendimus, rebus sic se habentibus, legatario legatum invile fieri ^{d)}. Quodsi tamen nulla plane ratione impossibile sit, quin modo dotis constituendae satisfiat, tertiique interfit, modum hunc impleri, omnino aut matrimonium cum tertio, in cuius fauorem modus adscriptus, ineundum, aut si iam cum eo initum est, legatum ea intentione ut dos fiat, est exigendum atque inferendum ^{e)}:
quae

quae tamen omnia secus se habent, quoties nullius plane interfit, modum impleri, quod eo casu accidit, si foeminae innuptae adhuc ac nemini desponsatae, quidquam in dotem relinquatur. Eo enim casu a solo legatarii arbitrio pendet, an, quid disponens maluerit, obseruare aut negligere velit; qui siue hoc vel illud eligat, numquam periculum legati sui iacturam faciendi, incurrit. Quotiescumque autem modus est implendus: nisi statim impleatur aut impletus sit matrimonio iam contracto f), et eo quod ultima voluntate relictum, in dotem illato: cautio de modo implendo, quam §. proced, satis iam expuimus, est praestanda.

- a) Sic e. gr. tertius, in cuius fauorem modus adiectus, legatarium arctiori cognitione, quam quae dispensationem ferret, attingere, aut legatarius ipse talis foemina esse posset, cui legibus interdictum, matrimonium inire.
- b) L. 63. §. 1. L. 71. §. 1. de Condit. et Demonstr.
- c) L. 1. C. de his quae sub modo. L. 17. §. 3. ff. de Condit. et Demonstrat.
- d) Dissert. NETTELBL. de legat. dot. const. §. 30.
- e) L. 71. §. 3. ff. de condit. et demonstrat. In hac lege notatum dignissimum est, ius marito concessum, etiam citra voluntatem vxoris, cui hoc legatum relictum est, legatum dot. const. ab herede petendi, quippe ad cuius emolumumentum simul spectat.
- f) Ibidem.

§. XVI.

Sed sunt, qui contendant, modum dotis constituendae legato coidam adiectum, excepto vnico casu, quo id ob factum tertii impe-

D 2

diens



diens fieri nequeat, semper esse implendum, cum ea, quam alias DD. facerent distinctionem, an alicuius interfit, modum impleri, an non, in legato dotis constituendae plane non sit admittenda, quippe quod ita comparatum sit, vt semper adsit tertius, cuius interfit, modum im- pleri ^{a)}. Quod, qua ratione contendit possit, minime videmus. In fauorem tertii enim aliquid actum dicitur, quoties ille utilitatem quan- dam, qualiscunque demum sit, ex eo quod actum, percipere queat. Quodsi testator Seiae iam coniugatae, aut despontatae, aut solutae quidem nec despontatae, mille dotis nomine legauerit, ast certam ta- men personam adiecerit, cum qua illi matrimonium sit ineundum, adesse tertium, in cuius fauorem modus adiectus, nullus negabit. Sed ponamus, testatorem Seiae adhuc solutae, nulli iam despontatae viro, mille dotis nomine legasse, nulla plane adiecta certa persona, cui nubere debeat, in cuiusnam fauorem modus tunc esset adiectus? - Fortasse in heredis fauorem? Sed tantum abest, vt hic ex modi implemento utilitatem percipiat, vt potius maius ipsi commodum ex modo non im- pleto oriatur, vt ex mox dicendis apparebit. An fortasse in favorem cuiuslibet, qui foeminam, cui legatum dot. const. relictum, vxorem ducere velit? Sed quae sententia solidis argumentis magis destituta cogitari posset? In mente testator neminem speciatim habuit, cui praeter foeminam faueat. Potest foemina etiam soluta manere, quod te- stator etiam praeuidit, nec restrinxit. Ipsius autem foeminae maxi- me interest, dotem habere, qua sit locabilis. Vnde huius fa- vorem ob oculos habuisse testator, censendum est. Ipsi L. 71. de Con- dit. et Demonstrat. saepius citata, expresse de casu loquitur, vbi fo- mina iam despontata erat, eoque casu tantum cautionem legati dotis causa exigit, manifesto immuens aliis casibus eam non esse necessariam, nec implementum modi requiri. Seiae vt domum emat, pecunia lega-

legatur; etiam adest tertius incertus, venditor scilicet, quisquis sit, cuius interest, dominum a se emi. Nihilominus tamen, ubi persona venditoris a testatore non determinata est, nemini in mentem venit, legatarium ad implendum medium adstringere. Par enim in legato dotis est ratio, cur non similis esse debet dispositio. Quibus rationibus ducti, ne vnguem quidem transuersum a theoria nostra recentes, in eadem, quam §. praeced. de implemento modi proposuimus, sententia persistimus.

a) Per ill. NETTEBLADTII Dissertatio de Legat. dot. const. §. 16.
Remittit enim rem ad verba testatoris expressa.

§. XVII.

Quoniam cardo totius rei positus est in L. 71. §. 3 ff. de Condit. et Demonstr. opus erit, hunc locum accuratius explicare. Est ex quaestione Papiniani, et ita habet: „Titio genero meo, heres meus dotis Seiae, filiae meae nomine centum dato. Legati quidem emolumendum ad Seiam, quae dotem habere incipit, pertinebit: sed quia non tantum mulieri, sed Titio quoque, cui per curiam legavit, consultum videtur, prope est, ut ipse legarius intelligatur, et legatum petere debeat. Si post diuortium genero pecuniam heres solverit, aequa liberabitur: quoniam in dotem solutio conuertitur. Constante autem matrimonio, etiam prohibente muliere, Titio recte solvetur. Hoc enim et mulieris interest, ut incipiat esse dotata. Nam et si quis ipsam quoque petitionem habere responderit, eaque pecuniam petat, neque dotis fieri velit, non dubie doli summoebitur exceptione. Ante nuptias vero Titio vel muliere defunctis, legatum

D 3

„apud




„apud heredem manet. Quodsi nolit eam vxorem ducere, causa legati, quod ad mulieris personam attinet, satisfactum intellegetur: sed Titio, legatum petenti, nocebit exceptio doli. Sabinus autem existimabat, nupta muliere Titio, sine cautione legatum deberi, quoniam pecunia dotis efficeretur. Sed cum ante nuptias, quia primum legatum est, peti potest cautio: *mulieri pecuniam reddi*, necessaria erit. Quodsi maritus vitio suo causa ceciderit, neque soluendo sit: numquid aduersus heredem mulieri, quae nihil deliquit, succurpri debeat ob eam pecuniam, quae doti fuerat destinata? Sed quoniam ambo legati petitionem habuerunt, saluam habebit, non soluta pecunia viro, mulier actionem.“ – Gener hic tam is est qui vere iam iunctus matrimonio erat filiae, quam qui ei saltim fuerat desponsatus, quod sequentia legis verba ostendunt. Hic itaque praeter filiam aderat alius, cuius in dote legata maxime intererat, et quem testator in voluntate maxime respexerat. Prope est ut Titius legatarius intelligatur, non ut solus sit legatarius, nec vere legatarius principalis, cum prope tantum sit, ut habeatur pro legatario. Legatum petere potest, quia ipsi legatum est, et quia ipsius in dote imprimis interest, et quia caput matrimonii est. Etiam post diuortium ipsi potest solui, quia fructus dotis retro debitae adhuc dum separatos nunc percipit, et dotis actione ab vxore conuenitur, et legatarius ex testamento est. Constante matrimonio inuita vxore, ipsi soluitur, quoniam iura eius circa dotem, a voluntate vxoris non pendent. Vxor vero sine mariti intercessione nihil facere potest. Vterque saltim agens de securitate a parte altera heredi satisdat. Verba „hoc et mulieris interest, ut incipiat esse dotata“, indicant, in vxoris uitatem esse mariti actionem, vnde hanc nihil habere, quod contradicit. Sed non desunt rationes aliae, iam allatae. Si quis ipse quaque

que petitionem habere responderit, addit Papinianus, quoniam ipsi nouum liquet, an habeat petitionem. Non vult tamen eam plane denegare, et de securitate tantum heredis sollicitus est, qui id intuetur, ne aliorum, quam in dotem pecunia vertatur. Quae versio, si non in animo sit petentis, denegabitur petitio. Si quisquam ex legatariis, filia aut Titius, ante matrimonium moriatur, superstes nihil capit. Singulis enim simul, alterius defuncti causa erat legatum non potest amplius obtineri. Si Titius respuat filiam, pro impleto habetur modus, qui legato inest, aliasque suisset implendus. Filia nunc petere potest, Titius repellitur. Si iam initum est a petente matrimonium, statim in dotem conuertitur data pecunia, ut futurae versionis causa, necessaria non sit cautio. Ante nuptias peti potest legatum, cum sit modole, non conditionatum. In hoc, ante impletam conditionem, nihil exigi potest, in illo statim petitur, quod relictum est, sed de implendo modo cauetur. Si forsitan ob plus petitionem, aliae ratione, Titius in petenda pecunia causa ceciderit: res integra est filiae. Huius enim iura a iure Titi non dependent, sed sunt separata. Sola solutio Titio facta, liberat heredem, quoniam idem bis peti nequit, et ex persona filiae Titius solutum accipit. Hic nihil de cautione, ubi deest sponsus aut maritus et de reliquis supra iam assatim dictam est.

§. XVIII.

Si promissio dotis nomine fit, ex stipulatu prius agi non potest quam nuptiae sequantur ^{a)}, quia conuentionum et legatorum iura sunt diversa. Pro promissione semper praefumtio est, quod quam tardissime obstrictus adsoluendum esse voluerint. Moribundus testator

prae-



praesumitur liberalis. Vnde ex iis legibus, quae de promissione agunt, difficultas nobis moueri non potest. De modo conuentionibus adiecto, egregie scripsit IO. FRIED. CORDES.

a) L. 21 ff. L. 68 ff. de iur. dot.

§. XIX.

Omnibus iam procul remotis obstaculis, cum quid adhuc prae-monendum nesciam, iam ad quaeftionis propositae decisionem me converto atque statuo: legatum, cui modus dotis constituendae adiectus, toties corruere, quoties hic modus 1) ob impossibilitatem casu, qui facto tertii baud productus est, ortam et 2) solam voluntatem legatarii, licet adsit tertius in cuius favorem adiectus est, non impletur, nisi legatarius iam sit foemina coniugata, eique nupta, cui nuli debuit, in quo casu etiam citra eius voluntatem marito ius exigendi tale legatum, legibus expressis a) concessum est. (cf. §. 15.). Legatum sub modo dot. const. relictum corruere autem dicitur, cuin aut plane ab herede non exigi, aut si iam exactum praestitumque, a legatario repeti potest.

a) L. 71. §. 3 ff. de condit. et demonstr.

§. XX.


Iam habes L. B. modum specialem amittendi legatum dotis constituendae modale, de quo supra (§. 9.) remissive tantum actum est. Amittitur enim hoc legatum, quum modus non impletur, cuius tamen implementum fuisset necessarium. Multa adhuc de aliis hoc lega-

= = = = =

legatum amittendi modis, et de effectu legati dot. const. modalis, ratione transmissione huius legati ad heredes, iuris accrescendi et quae sunt reliqua, afferre possemus, sed iam mittimus ea, quae nimis sunt generalia, et vbiique satis exposita. Antequam autem dissertationi huic finem faciamus, licet specialis cuiusdam adhuc quaestioni, mentionem facere, scilicet an pro modi huic legato adscripti implemento haberi possit, quum foemina cui illud relictum, vitam regularem eligens, deinde fit monialis, atque exinde monasterium eius aquirat ius, hoc legatum exigendi? Ad quam quidem quaestione negatiue respondendum videretur, cum, vt supra demonstrauimus, quoties modus implendus, ille praecise modus, quem testator praescripsit, sit implendus, nisi Iustinianus hic circulos turbasset. Hic enim Nov.^{123.} c. 37. in casu, vbi alicui bona relicta sunt ita, vt in dotem, aut donationem propter nuptias conuertantur, aut vt nuptias ineat, in eum vero euentum, quo huic voluntati defuncti non fuerit satisfactum, fideicommissum iniunctum est, a fideicommissi onere liberatum esse voluit fiduciarium, vbi monasterium iam fuerit ingressus. Inde sumta Anth. Nisi rogati C. ad SC. Trebell. difficultior intellectu est ipso fonte vnde hausta. Verba eius haec sunt: „Nisi rogati restituere datum „dotis causa, vel propter nuptias donationis, vel relictum sub condicione nuptiarum vel liberorum, monasterium vel alium locum venerabilem ingrediantur: siue restitutio, aut substitutio fiat sub praedictis conditionibus, siue in redemtionem captivorum, siue in egenitum alimenta.“ In mente initio inferendum est, fideicommisso oneratum legatarium, cui dotis causa, ita vt modus absconde implendus sit, aut sub conditione nuptiarum etc. ea ratione, vt, nisi modo aut conditioni satisfiat, bona restituenda sint, teneri modum aut conditionem implere, nisi restituere velit. Si vero, (id quod nunc ad-

E

ditur



ditur) monasterium ingrediatur legatarius, tum a restitutione liber est. Exceptus solus casus, quo fideicommissum accipere debet pia causa redemptionis captiuorum, aut alimentorum e gentibus suppeditandorum. Loco verborum: „Siue restitutio fiat etc., substituendum: Si vero restitutio fiat – alimenta, tum secus dicendum est. Ipsa vero haec verba desiderantur in antiquis exemplaribus.

§. XXI.

Quod reliquum est, Tuum erit iudicare, L. B. quae de modo legato dot. const. adiecto theoria magis tibi probata sit, aut vulgaris, cuius praecipua capita supra (§. 12.) legisti, solidis argumentis, nisi auctoritatem ad ea reserre velis, destituta, aut nostra ubique et principiis iuridicis accommodata, legibusque fundata. Scias denique, nos nullam plane differentiam in legato dot. const. modali, ratione implementi modi, admittere, siue filiae siue extraneae sit relatum, cum, lege non distingente, nec nostrum sit distinguere.

F I N I S.



VIRO

NOBILISSIMO VIRO IVVENI
ANTON. CONRAD. GVSTAV. CONRADI

SVMMORVM IVRIS HONORVM CANDIDATO DIGNISSIMO

S. D. P.

P R A E S E S.

Statim ex quo te cognoui, quod paulo ante contigit, quum mihi desiderium TVVM, de impetrandis his, quos mox consequeres honoribus explicares, te dilexi, quia ab ea morum ferocitate, quas multis in Academia litteras profitentibus foede inhaeret, eras remotissimus, et urbanitate vitae ac sermois te commendares. Hunc TIBI Ieporem simus ab assidua litterarum tractatione ortum esse, docuisti et honesta animi ad dignitates academicas rectio-ne, et laudabili conditionum, quibus eo accedendum est, implemento, et edito hoc publico bene perceptae artis specimine. Reddidi libellum TVVM plene ac solide, et plane ad mentem meam elaboratum, quem mihi obtulisti, paucissimis tantum, quae ad rem adhuc videbantur, interfertis, caeterum ut acceperam, nullaque in re mutatum. Quod itaque quae probe meditatus es, et diligenter conscripsisti, malecule quoque ex cathedra defensurus sis, nullus dubito. Id tantum, ut insunt hic et in Georgia Augusta labores, semper TIBI saluti sint, ac patria, liberali studio, dignam addat mercedem, qua quam diutissime semperque prospere fruari, ex animo appreco. Non potest deesse hoc praemium ei, qui, quid Deo, quid sibi, quid patriae et conciuiibus debeat, perpetuo habet ante oculos, quod te numquam non facturum certissime confido. Gratulor diguo parenti dignum filium. Scripti Haiae d. 4 Oct. 1790.

E 2

VIRO



V I R O

PRAENOBILISSIMO, CONSULTISSIMO

ANTON CONRAD. GVSTAV CONRADI

C. C. D A B E L O W

S. D. P.

Iurisprudentiam esse artem in qua haec et postera aetas exerceri potest, neque ut quidam putant, ita explanatam esse, et perpolitam, ut novis nihil reliquum sit ingenii Vir consultissime, egregie tuo probatum exemplo dedisti, locum in jure illustrans, qui miro hactenus interpretum diffidio impeditus fuit. Quo, cuius crebrior non deficit in foro usus, ex industria Selecto, nec iis solum gratius eris, qui sedem materiae ex legibus indagare student, sed arrogatem quoque vocem eorum, qui nil nisi quod rebus Forensibus immediate interfervit, audire, aut legere cupiant tibi concilias. Est in votis, ut quem alma haec Fridericiana gratum habuit, dignumque cui Summi tribuantur in jure honores putavit, Te Patria recipiens, quae meruisti, praemiis ornat Vale.


 VIRO

V I R O
 P R A E N O B I L I S S I M O D O C T I S S I M O
 D O M I N O D O C T O R A N D O
 A N T O N . C O N R A D . G V S T A V C O N R A D I
 A M I C O O P T A T I S S I M O ,
 I V N Q V A M R E C O N C I L I A T O
 S . P . D .
 C A R O L V S D . F I S C H E R
 P O L O N V S .

Et annus et quod excurrit, quum jurisprudentiae Te socium accepi dilectissimum. Quos jam corundem studiorum ardor quos ejusdem illustrissimi Viri doctrina, omni aeo laudabilis conjunxerat, hos amicitia tenaciori adhuc arctiori vinculo teneri voluit. Talem exinde Te semper habuit amicum, quem mihi contingere nunquam speraveram, et litteras, nisi fallor, solae tribuere possunt. Tecum postea praecepitis iurisprudentiae partibus incubui, nec unquam ex animo excidet tempus, quo viribus confociatis, quae vera legibusque accommodata, quae repugnantia illis perscrutaremur. Sed iam praevolasti socium, amice suavissime eumque iuris honoribus, studii Tui indefessi praemissis iustissimis, ornandus, in via una tecum ingressa longe post Te relinquis. Sed ne tantos Tibi honores industriae Tuae ab inclita Facultate iuridica nostra

tam





tam laudabiliter decretos invidere videar, scias velim, nullam mihi unquam diem magis festum acceptumque fuisse hodiernum, nullum quoquam futurum. Iam dudum enim speraveram opportunitatem, Tibi pro Tuis in me meritis, et, quod maximum est, pro Tua erga me amicitia, gratias haec tenus pediore reconditas palam agendi. Ea itaque, quae amicum decet, saceritate, eo, quo Tui semper flagravi, amore, hunc Tibi festum diem, hos studiorum felices successus, tantos denique in iurisprudentia progressus gratulor. Iam Tibi maturescunt praemia tanto labore tot nostrum, quas insoumas duxisti, studio, tanta morum elegantia dignissima, eorumque iam largam Tibi patria praeparat messem. Eadem Fortuna, quae doctrinae et scientiarum Tibi indulxit dulcedines, nec reliqua Tibi vitae gaudia deneget, Tuosque omnes cogatus prosperet, secundet. Abeas hinc, ex amicorum amplexu ad paternum tam dia desideratum, abeas ut aliquando inter patrias maximos viros fulgeas. Caeterum, nisi injusta praecon, nunquam amici Tui haec tenus amantissimi obliviousaris, qui mox regionibus a te disjunctus, ast votis semper praesens, nunquam Tibi secundam fortunam eupere desinam. Illustres velim novo mihi que gratissimo exemplo, amicitiam scientiarum ductu initam iuvenili aetate alii, virilli corroborari, senili denique etiam esse optatissimam, nec adversis nec secundis rebus labefaciendam. Vale mihi que fave. Halae d. 4 Iunii. 1790.

VIRO



V I R O

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

ANT. CONR. GVSTAVO CONRADI
AMICO SVO DILECTISSIMO

E. D. P.

IO. HENR. GVILIEL. LEHMANN I. V. C.
HALBERSTADiensis.

Quo jucundius nihil contingere mihi potuisset, id hodierna lux obtulit; quippe quae copiam faciat, tibi carissime amice! quis sane non temere ambire voluisti, honores gratulandi. Seis nimurum, quo erga te sim animo. Inde enim ex eo tempore, quo familiaritate Tua uti licuit, ita Te magis magisque in dies cognovi, ut equidem, an ingenii acumen insigneisque litterarum amoris miramur magis, aut an magis diligenter animi Tui virtutes, fere dubius nescirem. Ita factum est, ut amore erga Te in dies crescente, eo demum, quo nunc necessitatis vioculo teneremur. Jam cum dignos opera, quam litteris impendisti, fructus percipias, et perfundor laetitia, qua id, quod praecclare contingit amico, amicum afficere natura jussit. Hoc unum addere licet, me nihil magis in votis habere, quam ut asimum Tuum mihi conservare, amictaque qua hucusque, et in posterum dignum judicare velis. Vale. Dab. Hal:
d. 4 Oct. 1790.

VIRO



V I R O

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

AMICO SUO DILECTISSIMO


ANTON CONRAD. GUSTAV CONRADI

S. P. D.

GUILIELMUS WENZEL

HALBERSTADIENSIS

T e de hodierno die festo, quo honores in jure summos aquisiturns es
 toto ex animo gratulari meum esse duco, et praecipue cum ansam mihi dede-
 ris. Quantopere iurisprudentiae cultor Tu fuisti et quantos progressus fecisti
 e re ipsa satis satisque constat; quam ob causam opus non est, ut hic multas
 proferam laudes. Numini gratias ago maximas, quod constitutinem **TUAM**
CARISSIMF quam merito aestimare in mea haud potestate est, mihi praebuerit.
 Quantum utilitatem **TUA** unus anni consuetudo mihi praestitit, calamo expri-
 me nequeo. Et proh dolor? nunc me derelinquens in patriam, ubi palmae et
 honores benemeritis **TE** expectant redditurus es? Abeas, Amice delectissime,
 sed ne **TU** amici oblivious amabo. Quod reliquum est, vehementer etiam
 atque etiam **TE** oro atque rogo, ut amicitiam quam hucusque tecum coluisti,
 in posterum prosequaris, mihiique faveas. Vale dab. Halae d. 4 Oct. 1790.




Halle, Drss.) 1779/80

ULB Halle
003 706 001

3



Sb.



DISSE^TRATI^O IVRIDICA IN AVGVRALIS
QVAESTIONEM IVRIS PRIVATI,
1780
AN LEGATVM,
CVI MODVS
DOTIS CONSTITVENDAE ADIECTVS,
MODO NON IMPLETO, CORRVAT?
SISTENS
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV,
PRAE^SIDE
VIRO ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
ERNESTO CHRISTIANO WESTPHAL,
P. 270
I. V. D. ET PROFESSORE IVRIS PVBLICI, ORDINARIO,
FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORE,
PRO SVMMIS IN IVRE HONORIBVS
OBTINENDIS
DIE IV. OCT. MDCCCLXXX.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR
ANTON CONRAD GVSTAV CONRADI,
HANNOVERANVS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
FORMIS IO. CHRISTIANI HENDELIL.

